

S. C A R O L I P I E T A S
IN GIBERTO COMITE EXPRESSA

EPIG AMMA

ITE, licet Natura parens quos edit in auras;
Pictorum i velox ingeniosa phalanx
Artifices quid quaero tu, grex Daedale, dextras ?
Quidue Timantaea carbasa picta manu ?
An fuerint qui lina queant an mare potenti
Arte, & adoratas fingere mentis opes ?
Ite coloratae mendacia vana tabellae,
Migret Apellaeum turba sequuta Ducem.
En renovat CAROLI pietatem , atque ora GIBERTUS ;
Haec haec extinctos ars bene pinget Auos.

Federicus Vicecomes Acad. Anim.

FEDERICI SAPIENTIA IN GIBERTO MELIUS
ELUCET QUAM IN RELICTIS MONIMENTIS

A L I V D

Pennas iama suas, humore aceommodet Hermus,
Dum docto aeternum pollice scribis opus .
Seu potius ros humor erit, Coelum volumen,
Et calamus fulgens Iris , & astra notae .
Irrita iam occidit rabidi tibi temporis ira,
Iamque vetustatis robur edabis obit .
Occidis : at celas dum penna in temporis albo
Nomina, maiori parte superstes eris.
Aetas victa cadit calamo, velut ense preempta,

Nec decus hoc lethes obruet unda tuum .
Sed cum te celebret sapientia parta GIBERTI :
Tantum opus ab fuerat deferisse satis.

Aloysius Pallavicinus Acad. Anim.